

XXVI.

Confirmatio bonorum omnium ad sanctam Fesulanam Ecclesiam pertinentium.

*Maliti Vgelli, Ital. Sa. To. II. ubi de Episcopis Fesulanis.*

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, venerabili fratri Johanni Fesulano Episcopo, ejusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum.

Proemium

Bona omnia, ad hanc Ecclesiam spectantia, eidem confirmantur

**I**N eminenti Apostolica Sedis specula, disponente Domino, constituti, fratres nostros diligere Episcopos, & Ecclesiis sibi a Deo commissis suam debemus justitiam conservare. Proinde, carissime frater in Christo Johannes Episcopus, tuis justis postulationibus clementer annuimus, & sanctam Fesulanam Ecclesiam, cui auctore Domino praeesse dignosceris, Apostolica Sedis privilegio communimus. Statuimus enim, ut quascumque possessiones, seu bona, eadem Ecclesia in presenti anno justè, & legitime possidet, aut in futurum rationabiliter poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus, & illibata permaneant. In quibus haec propriis nominibus adnotanda subjunximus: curtem, & civitatem Fesulanam cum Ecclesiis, curtis, & terris adjacentibus: similiter castrum montis Lauri, & montem Regis, Bajanam, & curtem Salam, Fesulanam, & Pratum Regis, Ecclesiam S. Mariae in Urbana cum curte, & Libiano, Bivilliano: castrum, quod edificatum esse tuis laboribus constat, juxta fluvium Fontana cum curte rivi Ferioli, & Palianti: castrum Cifelo, curtem in monte Acuto, & in Ampiana: montana sancti Gaudentii cum alpiibus, & pertinentiis eorum, sicut ex Regis concessione Ecclesiae tuae collata sunt: castrum Agnae, curtem Turricolae, & Cassilionem, castrum montis Bonelli, castrum Rosiani, Monasterium sancti Salvatoris situm in Episcopatu Pistoriensi, cum Ecclesiis sancti Potiti, & S. Martini, constructis in Fugnano, in campo Novoli Eccl. S. Martini: in Capraccia medietatem Ecclesiae S. Christinae, in Ripole Ecclesiam S. Salvatoris, S. Michaelis de Marine, curtem de Calenzano, curtem S. Donini, curtem de Bagnasca, & quicquid Fesulana Ecclesia possidet in plebe S. Stephani in Campo, & in plebe S. Johannis in Septimo: in Mengnano Ecclesiam S. Petri cum curte & omnibus decimationibus earum, Monasterium S. Bartholomaei, situm Fesulis, cum Ecclesiis & decimationibus sibi pertinentibus, Monasterium S. Martini, Monasterium S. Gaudentii cum pertinentiis earum: patrimonium filiorum Hemionis, castrum, quod vocatur Flumen, & quicquid de jure praefatae Ecclesiae in territorio Macelli detinet filii Hugonis filii Raimberti, & Azo filius Albichi, & filii Hugonis de Castaniola, & Lombardi de Molezzano, & filii Hugonis de Casula, & Longobardi de Terliano, & Longobardi de sancto Johanne majore, & Longobardi de Arena: vel quaecumque in praedicto loco juris vestrae Ecclesiae aliquis homo detinere videtur: quicquid etiam Ugo filius Raynerii donavit praefatae Ecclesiae in Ampiana, in monte Acuto, & in Lece, Magnale, Polignano, & medietatem Ecclesiae, & curtis in loco Quaracra: praeterea plebem S. Crispi, sitam Albine, plebem S. Hervasii cum curte sitam in

Alpiniano, Ecclesiam S. Miniatis cum curte in monte Lauro, plebem S. Johannis, plebem sancti Babilli, & S. Ditali, plebem S. Leonini, plebem S. Mariae, plebem S. Stephani, in Pomino plebem S. Hierusalem, in Glaceto plebem S. Hierusalem, in Jermano plebem S. Gervasii cum curte, in Pitiana plebem S. Petri, in Cascia plebem S. Petri cum curte & castro, quod vocatur novum, in Sco plebem S. Mariae cum curte, in Capiclia plebem S. Johannis, plebem S. Pancratii, plebem S. Romuli cum curte, Ecclesiam S. Miniatis cum pertinentiis suis, in Campinone Ecclesiam S. Mariae cum curte, plebem S. Viti, in Regitino plebem S. Petri, plebem S. Laurentii cum Castello & curte, in Robiana plebem S. Miniatis, in Cintoria plebem S. Petri cum curte, Ecclesiam S. Justini in monte Runtuli, in Sillano plebem S. Petri Novale, plebem S. Crispi, in Panzano plebem S. Leonini cum curte, Ecclesiam S. Eufrosini cum curte juxta castrum Corbuli, Ecclesiam S. Romuli cum curte Novellae, plebem S. Mariae cum curte, Ecclesiam S. Cassiani cum curte, in Avano Ecclesiam S. Mariae, & S. Petri, plebem S. Justini cum curte, plebem S. Pauli cum curte, in Collina plebem S. Leonini in monte Milliaro plebem S. Mariae in Testinula plebem S. Martini cum curte, in Stagia plebem S. Mariae. Quicquid etiam infra Fesulanam Ecclesiam parochiam, vel in aliarum Ecclesiarum parochiis, praedecessores tui hactenus possedisse noscuntur, firma vobis, & inconversa manere sancimus. Nulli ergo hominum liceat, praenominatam Ecclesiam temere perturbare aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare: sed omnia integra conserventur vestris, & Clericorum, & pauperum usibus profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subjaceat: Cunctis autem eidem Ecclesiae sua jura servantibus sit pax D. N. J. C. quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum Judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen Amen.

Decretum immunitatis cum solita clausula.

Innoc. PP. & S. R. Eccl. Card. subscriptiones.

Dat. die 16. Novemb. anno Domini 1133. Pontif. anno v.

Pri-

XXVII.

Privilegium, quo Ecclesia in Villa Ronchalia, ab Episcopo Placentino constructa, & Canonici S. Antonini donata, eisdem confirmatur.

*Ex Archiep. S. Antonini edidit Campi Hist. Placentinae Tom. I. pag. 535.*

Exordium

Ecclesia in Villa Ronchalia Canonici S. Antonini donata ab Episcopo Placentino.

Pro administratione Sacramentorum in vitæ periculo existentibus. Data Praeposito totali jurisdictione in ceteros Canonicos.

Reservatis tamen sibi ipsi tanquam Ordinarii sacris Ordinationibus.

& cum decreto, ut nemmo alius jurisdictionem ullam in nova Ecclesia sibi vindicet. Hec omnia confirmant Innocentius PP. Apostolicus in unit Privilegio.

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilecto filio Azoni Sanctae Romanae Ecclesiae Presbytero Cardinali, & Praeposito B. Antonini de Placentia, ac fratribus in eadem Ecclesia divino famulatu mancipatis, tam praesentibus quam futuris, in perpetuum.

**L**Ocorum venerabilium cura nos commovet, de eorum quiete ac utilitate solite cogitare: quatenus qui Ecclesiasticis famulantur obsequiis, Ecclesiasticae quoque tuitionis optato patrocinio foveantur. Tua siquidem charitas, dilecte in Domino fili Azo Cardinalis Presbyter, insinuavit nobis, venerabilem fratrem nostrum Arduinum, Placentinae Civitatis Episcopum, tibi ac fratribus Ecclesiae Beati Antonini licentiam concessisse in Villa vestra, quae Ronchalia dicitur, in fundo B. Antonini ad honorem .... Ecclesiam construendi, ea scilicet consideratione habita, quoniam tam viri, quam mulieres pro Sacerdotis, absentia, absque participatione Corporis & Sanguinis Domini de hac vita transisse dicebantur. Cujus nimirum loci administrationem, atque ordinationem vobis, vestrisque successoribus, idem frater noster perpetuo jure concessit. Hoc etiam addito, ut qui habitum Religionis induere, & in eodem loco Deo militare decreverint, Praeposito Ecclesiae Sancti Antonini, vel ab eius fratribus, si ipse defuerit, ad suscipiendos sacros Ordines congruo tempore pro eodem Placentino Episcopo presententur. Quod si Clericus, aut Sacerdos ejusdem loci, culpa exigentibus, fuerit corrigendus, competentem regulari disciplina ab eodem Praeposito, vel ejus fratribus corrigatur. Si vero sepe commonitus, incorrigibilis apparuerit, tamquam inutilis & inobediens per eisdem ipsius loci beneficio & mansione privetur. Oleum quoque, & Crisma a matrice Ecclesiae praefati loci Sacerdos accipiat. Decimas autem, ad plebem de Sparovaria pertinentes, nullatenus usurpare praesumat. Insuper etiam, si quis de eadem Villa devotionem suam in quibuslibet eidem plebi iudicatis exhibere voluerit, nequaquam impediatur. In aliis vero omnibus Ecclesia, quae nunc a fundamentis in superscripta Villa Ronchalia a vobis constructa liberè omnino ad Ecclesiam Beati Antonini pertineat, adeo nullus Archiepiscopus jus potestatis in spiritualibus aut temporalibus se noverit habiturum. Quia igitur sicut ea, quae a nobis statuuntur, volumus illibata persistere: ita etiam fratrum nostrorum debemus bene gesta firmare: vestris postulationibus clementer annuimus, & quod a praedicto fratri nostro Arduino Episcopo super hoc statutum est, auctoritate apostolica roboramus, & futuris temporibus ratum manere decernimus, quemadmodum ejusdem fratris nostri scripto noscitur stabilitum. Nulli ergo hominum fas sit, praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro

quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostrae Constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subjaceat: Cunctis autem eidem Ecclesiae justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi; quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum Judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

- EGO INNOCENTIUS Catholicae Ecclesiae Episcopus.
- Ego Guillelmus Praenestinus Episcopus subscripsi.
- Ego Matthaeus Albanensis Episcopus subscripsi.
- Ego Gerardus Presbyter Cardinalis tit. sanctae Crucis in Hierusalem subscripsi.
- Ego Anselmus Presbyter Cardinalis tit. sancti Laurentii in Lucina subscripsi.
- Ego Lichfredus Presbyter Cardinalis tituli Vestinae subscripsi.
- Ego Lucas Presbyter Cardinalis tit. sanctorum Johannis & Pauli subscripsi.
- Ego Guido indignus Sacerdos subscripsi.
- Ego Gregorius Diaconus Cardinalis sanctorum Sergii & Bacchi subscripsi.
- Ego Guido Diaconus SS. Cosmae & Damiani subscripsi.
- Ego Guido Diaconus Cardinalis sancti Adriani subscripsi.
- Ego Vassallus, Diaconus Cardinalis sancti Eustachii, subscripsi.
- Datum Pisis per manum Aymerici sanctae Romanae Ecclesiae Diaconi Cardinalis, & Cancellarii, III. Idus Martii, Indictione XII. Incarnationis Dominicae anno MCXXXV. Pontificatus vero Domni Innocentii Papae II. anno VI.

XXVIII.

Privilegium confirmationis bonorum Monasterii SS. Florae & Lucillae Ordinis Cassinensis Aretinae Diocesis.

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilecto filio Johanni Abbati Monasterii S. Florae, ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

**Q**uotiens illud a nobis petitur, quod rationi noscitur convenire, animo nos decet libenti concedere, & petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Quamobrem, dilecte in Domino fili Johannes Abbas, petitiones tuas clementer admittimus, & Monasterium Sanctae Florae, cui Deo auctore praesse dinosceris, Apostolicae Sedis suffragio communimus. Per praesentis igitur Privilegii paginam Apostolica auctoritate statuimus, ut quaecumque bona, quaecumque possessiones, impresentiarum idem Monasterium justè & canonice possidet, aut etiam in futurum concessione Pontificum, largitione Regum

Sub foliis clausulis.

Innocentii PP.

& S. R. Eccl. Card. subscriptiones.

Dat. die 19. Martii anno Domini 1135. Pontif. anno vi. leg. XIII.

Ex Arch. Monasterii hujus edidit Margaritus Bullarum Cassinensium. Pars II.

Proemium.

Monasterii bona enumerat, & confirmat.

vel

Bullarium Romanum

vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis modis, auxiliante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus, & illibata ferventur; In quibus hec propriis nominibus adnotanda subjungimus: Castrum Sancte Florę cum cappellis, que in eodem site esse noscuntur, cappellam videlicet Sancti Anastasii, cappellam Sancti Angeli, cappellam Sancti Apollinaris, cappellam Sancti Zenonis, & id, quod habetis in cappella Sancte Marię: Monasterium Sancti Petri majoris in civitate Aretina cum hospicio, & omnibus pertinentiis suis; adjicientes, ut tu juxta solitam consuetudinem possis illud ordinare. Cappellam Sancti Gregorii, & jus, quod habetis in cappella Sancti Laurentini: Monasterium Sancti Michaelis de Monte Pinculi cum cappellis, & pertinentiis suis: Ecclesiam sancti Petri, & sancti Tiburtii in Gargonfa, cum pertinentiis suis: Plebem Sancti Martini de Galoniano cum omnibus pertinentiis suis: Duas partes de plebe Sancte Mustiolę cum pertinentiis earum, & jus, quod habetis in Ecclesia sancti Vincentii in Cortona, & castrum de Quarata cum Ecclesia sancti Andreę & curte sua, castrum de Sarna cum Ecclesia sancte Florę, & curte sua, & quicquid habetis in sancto Mamma, castrum de Muglano cum Ecclesia sancti Angeli, & curte, & hoc, quod habetis in Ecclesia sancte Marię in Villa-alba, castrum de Fontia cum Ecclesia sancti Petri & pertinentiis suis, castrum de Rughitino cum Ecclesiis, & curte sua: Ecclesiam Sancti Leonis cum pertinentiis suis, Ecclesiam Sancte Florę minoris cum medietate sue curtis, & curtis de Bulgari cum hoc, quod habetis in Ecclesia Sancti Laurentii, & Sancti Sebastiani, & Ecclesiam Sancti Petri in Majano cum hoc, quod ibi habetis, & quicquid habetis in Politiano, & in Pimli, & in Vico. Obeunte te, nunc ejusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars sanioris consilii, secundum timorem Dei, & beati Benedicti regulam, provideant eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatum Monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salvam nimirum Aretini Episcopi, & Ecclesie, canonice justitiam & reverentiam. Si qua igitur in posterum ecclesiastica secularive persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi; quatenus & hic fructum bonę actionis percipiant, & apud districtum Judicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen.

Abbatibus electionem ad Monachos stare decernit

Decretum in unum ab an n i s i s s i o n e m o l e s t i a s c e l i s t o D i c e s a n i E p i s c o p i s o l i t e e l a u s u l e

Innocentii PP. & S. R. E. Car. d. sub- scriptiones.

EGO INNOCENTIUS Catholicę Ecclesie Episcopus & Ego Guillelmus Pręnestinus Episcopus & Ego

Ego Mattheus Albanensis Episcopus & Ego Guido Tiburtinus Episcopus & Ego Rodolphus Ortanus Episcopus & Ego Anselmus Presbyter Cardinalis & Ego Licifredus Presbyter Cardinalis tituli Vestinę & Ego Lucas Presbyter Cardinalis tit. sanctorum Johannis & Pauli & Ego Guido indigenus Sacerdos & Ego Gregorius Diaconus Cardinalis sanctorum Sergii & Bacchi

Data Pisfis per manum Aymerici sanctę Romanę Ecclesie Cardinalis, & Cancellarii, X. Kal. Aprilis Indictione XII. \* Incarnationis Domini anno MCXXXV. Pontificatus Domini Innocentii Papę II. anno V. \*

Dat. die 23. Martii anno Domini 1135. Pontif. anno V. leg. xlii. n. leg. vi.

X X I X.

Erectio Prioratus S. Petri de Nanto Vabren. Diocesis in Abbatiam, cui plures uniantur Ecclesie.

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilecto filio Raimundo Abbati Monasterii beati Petri Nantensis, ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Inter in f l e u m e n t a E c c l e s i e V a b r e n. e d i d. S a n c t i m a r t i n i G a l l. C h r i s t. T o m. I. pag. 61.

Proemium. \* de p t a l i q u i d

**A** Postolicę Sedis nos urget auctoritas, religiosas personas diligere, & eorum loca, presertim, quę beati Petri vires existunt, sanctę Romanę Ecclesie gremio confovere; & ut in eis religio augeatur & conservetur, paternę affectionum consideratione prospicere. Proinde, dilecte in Domino fili Abbas, desiderium tuum, quod ad religionis propositum, & animarum salutem pertinere monstratur, auctore Deo, sine aliqua dilatione duximus effectui mancipandum, ut videlicet Ecclesia beati Petri Nantensis, qui, Deo gratias, tam in temporalibus quam in spiritualibus per tuam industriam plurimum accrevisse, juxta petitionem tuam de Prioratu Abbatia deinceps statuatur; & ut in futurum inviolabiliter Abbatia permaneant, presentis decreto sancimus. Ipsum itaque, ad jus & proprietatem beati Petri pertinens, sub Apostolicę Sedis tutela & protectione suscipimus; & presentis scripti paginam roboramus: statuentes, ut quascumque possessiones, quascumque bona, idem Monasterium impresentiarum justę & legitime possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, prefate Domini, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus, & illibata permaneant. In quibus hęc propriis nominibus adnotanda subjungimus: In Nantensi villa Ecclesiam Sancti Stephani, & Ecclesiam S. Jacobi: in Larzaco Ecclesiam Sancti Salvatoris, Ecclesiam sanctę Marię de Cuneis, Ecclesiam sancti Stephani de Cantobrio, Ecclesiam sanctę Marię Magdalene de Lechicis, Ecclesiam S. Martini de Vicano, Ecclesiam S. Michaelis de Robiaco, Ecclesiam Sancti Sepulcri de Alqua, Ecclesiam Sancti Christofori de Cubertoirata, Ecclesiam Sanctę Marię de Luc, Ecclesiam Sanctę Marię de Calcleras, Ecclesiam Sancti Johannis de Brolio: In Episcopatu Nemausensi Ecclesiam Sanctę Marię de Durbia Ecclesiam Sancti

\* ad d. dig. s c i u r.

Ex Prioratu Abbatia efficitur; Quę sub protectione sedis Apostolicę recipitur; Confirmatis bonis omnibus ad eam quomodolibet pertinentibus

Innocentius PP. Secundus

XXX.

Compositio controversiarum, vertentium inter S. Alexandri & S. Vincentii Canonicos Bergomen. Civitatis.

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilecto filio Petro Prapposito, & fratribus Ecclesie S. Alexandri Pergami, tam presentibus, quam futuris, in perpetuum.

Ex Tom. IV. Ital. Sac. ubi de Bergomen. Episcopi.

**J**ustitia ac rationis ordo suadet, ut quem admodum patres vocamur in nomine, ita etiam comprobemur in operatione: Et sicut ea, que ad pacem sunt Jerusalem, summo opere stabilire debemus; ita nihilominus, si quando inter sacrosanctas Ecclesias querela emerferit, ne forte in infinitum extendatur, sed potius conquiescat, necesse est, ut eam ordine judiciario celeriter terminemus. Hoc profecto intuitu pro sedanda discordia, quę inter vos, & Canonicos S. Vincentii noscitur agitata, dum olim in Longobardię partibus effemus, cum fratribus nostris sapius laboravimus. Inter cetera siquidem, quę tam de Cappellanis Ecclesiarum S. Salvatoris, S. Agathe, S. Joannis, S. Grate, S. Vigili, atque de penitentis criminoforum, quę etiam de fidelitibus, & quibusdam aliis, vestre Ecclesie pertinere fatebamini, asseribatis, hanc inter vos ex antiquo tempore consuetudinem viguisse, ut quoties clerici S. Alexandri ad Ecclesiam S. Vincentii, vel ad alias Ecclesias, pro exequiis mortuorum, vel in solemnitatibus, simul convenirent, Prappositus videtur primam sedem in sinistra parte Chori obtinere, consuevisse. Atque hoc vobis vindicare tanto instantius conabamini, quanto manifestius vestram Ecclesiam Episcopalem sedem precisis temporibus extitisse, & tam hanc quę alias diversas prerogativas obtinuisse, multis auctoritatibus monstratis. E contra verò Canonici S. Vincentii respondebant, Ecclesiam suam antiquitus matricem esse, nec vobis aut vestro Prapposito hujusmodi debitum exhibere debere, liberę proclamabant. Et si quando Prappositus videtur eandem sedem obtinuisse, id ex charitate & gratia potius, quę ex debito processisse: nec debere tribui necessitati, quod exhibere charitas consueverat. His, & hujusmodi contentione nobis & fratribus nostris diutius fatigatis, eidem controversie finem imponere sape volumus; adeo quod ex utraque parte ab antiquioribus & maturioribus personis juramenta suscepimus, per quas rei veritatem possemus addiscere, & eandem causam ordine debito terminare. Cum igitur tam per allegationes partium, quę etiam per juramenta suscepta, causam pleniter audissemus, ipsam tunc temporis diffinire distulimus, arbitrantes, quod in ejusdem temporis spatio hujusmodi querela per concordiam finiretur; & inter vos, & ipsos commodius posset eadem causa decidi. Denique dum neque per datos a nobis iudices, neque per alios, causa posset per concordiam terminari, & utraque Ecclesia tum pro factis sepe sumptibus, tum pro guerris & dissensionibus, quę ex hac occasione provenerunt, valde fuisset attrita: nos, quorum precipue interest, Ecclesiarum quieti salubriter providere, tam vos, quę Episcopum, & Canonicos sancti Vincentii certo termino ad nostram presentiam

Proemium.

Causę controversiarum, ratione sequę ex adverso alata.

Delegati a Pontifice iudices ad eandem examinationem, & compositionem;

sed frustra.

Abbas a Monachis eligendus.

Et a Vabrensi Episcopo confirmandus.

Libera enim cumque personę sepultura.

Decretum immunitatis ab omni perturbacione.

Annuit census Sedi Apostolicę servandus.

Solite clausula.

Innocentii PP.

& S. R. E. Car. d. sub- scriptiones.

Dat. die 13. Junii anno Dom. 1135. Pontif. anno v.

Geraldi de Repusolio, Ecclesiam Sancti Joannis de Vallegarinta, Ecclesiam Sanctę Marię de Treve, & Ecclesiam Sancti Petri de Revenn. Porro obeunte te, nunc ejusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus inibi qualibet subreptionis astutia, seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, & beati Benedicti regulam providerint eligendum; electus autem a dicecesano consecratur Episcopo, si quidem catholicus fuerit, & ea absque pravitate, & exactione aliqua voluerit exhibere; alioquin, catholicum, quem malueritis, adeatis Antistitem, qui nimirum, nostra fultus auctoritate, quod postulat, indulgeat. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut qui se illi sepeliri deliberaverint, eorum devotioni & extremę voluntati, nisi excommunicati fuerint, nullus obsistat, salva nimirum matricis Ecclesie justitia. Nulli ergo Episcopo, nulli omnino magnę parvęque personę fas sit, prefatum Cœnobiū temerę perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, tam vestris, quę fratrum & pauperum usibus profutura. Ad indicium verò, quod idem Cœnobiū beati Petri juris existat, duos bizantios nobis, & successoribus nostris, annis singulis persolvemus. Si qua igitur imposterum ecclesiastica secularive persona, hanc nostre constitutionis paginam, sciens, contra eam temerę venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtę ultioni subjaceat; Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi; quatenus & hic fructum bonę actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternę pacis inveniant. Amen.

EGO INNOCENTIUS Catholicę Eccl. Episc. subscripsi.

Ego Guillelmus Pręnestinus Episcopus & Ego Guido Tiburtinus Episcopus & Ego Gerardus Presbyter Cardinalis & Ego Litufens Presbyter Cardinalis & Ego Lucas Presbyter Cardinalis SS. Joannis & Pauli & Ego Antonius Presbyter Cardinalis & Ego Gregorius Diaconus SS. Sergii & Bacchi & Ego Chrysofonus Diaconus Cardinalis & Ego

Datum Pisfis per manus Aymerici Sanctę Romanę Ecclesie Diaconi Cardinalis & Cancell. Idibus Junii Indictione XII. Incarnationis Domini anno MCXXXV. Pontificatus vero Domini Innocentii Papę II. anno VI.